Beatus uir qui non abijt
in consilio impiorum: et
in uia peccatorum non
stetit. et in cathedra pesti
lencie non sedit. Sed
in lege domini uoluntas
eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum: quod fructum suum da
bit in tempore suo. Et folium eius non deflu
et: et omnia quecumque faciet semper prospera
buntur. Non sic impii non sic: sed tanquam
puluis quem proicit uentus a facie terre. Ide
o non resurgunt impii in iudicio: neque pec
catores in consilio iustorum. Quoniam no
uit dominus uiam iustorum: et iter impio
rum peribit.

Quare fremuerunt gentes: et populi
meditati sunt inania. Astiterunt re
ges terre et principes conuenerunt in unum:
aduersus dominum. et aduersus xpistum eius
Disrumpamus uincula eorum: et proicia
mus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat